

nepti debuit, in restituendis fisco bonis non esse deducendum placuit: dolus enim heredis punitus est: si autem negligenter mulier emolumen- tum bonorum amiserit, fideicommissum esse retinendum, integrato jure debiti, rationis est. — § 2. Præsidis iniuritate reis illatae cardis absolu- tis, heredibus, qui non defunctorie debitum officium impleverant, quamvis non provocasset, hereditatem auferri non oportere, visum est.

22. PAULUS, [lib. 16 Responsorum].

Gaius Seius, cum languesceret, questus est, se veneno occidi a servo suo; et sic expiravit: cui heres exstitit Lucia Titia soror, et mortem eius exequi neglexit; et ipsa post annum decimum decessit: exstitit, qui bona nunciaret Gaii Seii: quero, an morte Titiae extinctum sit cri- men? Paulus respondit, causam de qua queritur, cum sit pecunaria, morte ingrata heredis extinctam non videri.

23. MECIANS, [lib. 15 Fideicommissorum].

Si, antequam patesiceret testatorem occisum, tabula testamenti aperta essent, deinde innouisset, id admissum esse: causa cognita puto compellendum institutum adire hereditatem, quam suspectam diceret, et ex Trebelliano senatusconsulto restituere.

24. ULPIANUS, [lib. 50, ad Edictum].

Si quis quasi suspectam hereditatem coactus adit, non tenetur edicto. 25. GAIUS, [lib. 17, ad Edictum provincialis].

Lego Cornelia caverunt de premio accusatoris qui requisivit et renun- ciavii eos servos, qui ex ea familia ante questionem fugerunt: ut in singulis servos, quos convicerit, quinque aureos ex bonis occisi, aut, si inde redigi ea quantitas non possit, ex publico accipiat: quod primum non in omnes servos, qui sub eodem teste loco fuerint, sed in eos solos qui cedem admississent, accusatori tributur. — § 1. Præterea caverunt, ut de his, qui ante questionem habitam fugerint, si aperio testamenti liberi scripti inveniantur, lege de sicaris iudicium fiat: ita ut ex vinculis causam dicant; et convici, perinde ac servi, pu- niantur; et ei, qui convicerit, deni aurei premii nomine darentur ex bonis damnati. — § 2. Ex hoc edicto actio profiscitur contra eum, qui adversus editum prætoris tabulas testamenti aperuisse [dicetur]: vel si quid alius fecisse dicetur: nam (ut ex supradictis apparet) plura sunt, propter quæ pena editi constituta est. Palam est autem populari actioni esse: cuius pena in centum aureos ex bonis damnati extenditur: et inde partem dimidiam ei, cujus opera convictus erit, premii nomine se daturum prætor pollicetur, partem in publicum redacturum.

26. SCEVOLA, [lib. 54 Digestorum].

Fideicommissum, quod ex testamento fratris patrulus Gaius Seius Titio debet, ab heredibus Seii Titius accepit: quasitum est, cum necem Gai Seii heredes eius non vindicaverint, an [Titius] nihilominus [eos] heredes ut indigos accusare possit ob id, quod necem ejus non vindicaverint; nec ob sit ei, quod ab iisdem fideicommissum ex testamento fratris patrulus consecutus sit? Respondit, nihil proponi cur obstat.

27. CALLISTRATUS, [lib. 1, de jure Fisci].

Si de pluribus heredibus, quibusdam invitis, aut ignorantibus, aper- tum erit testamentum, non amittunt portiones suas, qui⁴⁷ culpa carent.

TIT. VI.

SI QUI¹ ALIQUEM TESTARI PROHIBUERIT, VEL COE- GERIT.

1. ULPIANUS, [lib. 48, ad Edictum].

Qui, dum caput hereditatem legitimam, vel ex testamento, prohibuit testamentarium introire, volente eo facere² testamentum, vel mu- tare³: divus Hadrianus constituit, denegari ei debere actiones, denegatis- que ei actionibus, fisco locum fore. — § 1. Si dominus solo fecerit, ne testamentum mutaretur⁴, in quo servus ejus scriptus erat: quamvis manumissus adierit hereditatem, actiones ei denegantur: cum et liberis ejus, si quid fuerit datum, denegari debeat, etsi non fuerit in potes- tate. Sed si legatum ei relictum sit, idque restituere sit rogatus, conse- quens erit dicere, admitti eum ad legatum, quod non ipse habuisset, sed ad alium sit translatus. — § 2. Si plures heredes instituti sint, et

⁴⁶. L. 2, in pr. infra de custod. reor. — ⁴⁷. L. 5, § 5, in fin. infra. de novi oper. nunc.
Tr. VI. — 1. Lib. 6, C. 34. — 2. L. 2, C. b. 4. — 3. § 1, infra h. t.; L. 19, infra de his, que ui indigni. — 4. In pr. supr. hie; L. 19, infra quibus non competit boni possess. — 5. L. 5, § 5, in fin. infra. de novi oper. nunc. — 6. L. 9, supr. de SC. Silan.

Tr. VII. — 1. Lib. 6, C. 36, § 1, Inst. ult. — 2. L. 15, § 1, infra h. t.; L. 29, in pr. supr.

omnes dolo fecerint, quo minus testamentum mutaretur: dicendum est, actions omnibus denegari: quia omnes dolo fecerunt.

2. PAULUS, [lib. 44, ad Edictum].

Si quis dolo malo fecerit, ut testes non veniant, et per hoc deficitur facultas testamenti faciendi: denegande sunt actiones ei, qui dolo fecerit, sive legitimus heres sit, sive priore testamento scriptus. — § 1. Fratris autem factum fratri⁵ non nocet. — § 2. Si fidei ejus, qui dolum admisit, commissum est, ut hereditatem restituere, ea hereditas caduca cum suis⁶ oneribus fiet, et commodum legis Falcidia fiscus sentiat, do- drantis autem fideicommissarius.

3. PAPINIANUS, [lib. 18 Responsorum].

Virum, qui non per vim, nec dolum, quo minus uxori contra eum, mutata voluntate, codicillos faceret, intercoresserat, sed (ut fieri adsolet) offensam agra mulieris maritali sermone placaverat, in crimen non incidisse respondi: nec ei, quod testamento fuerat datum, auferendum.

TIT. VII.

DE¹ JURE CODICILLORUM.

1. ULPIANUS, [lib. 4 Disputationum].

Sæpissime scriptum et constitutum est, eum qui testamentum facere opinatus est, nec voluit quasi codicilos id valere, videri nec⁷ codicilos fecisse. Ideoquod in illo testamento scriptum est, licet quasi in codicillis poterit valere, tamen non debetur.

2. JULIANUS, [lib. 57 Digestorum].

Si ei, qui post testamentum factum et ante codicillos scriptos natu- esset, codicillis per fideicommissum aliquid daretur, utile est. — § 1. Quod si ei, qui post testamentum factum, et antequam codicilli scri- berentur, mortuus esset, datum esset, pro non scripto habetur. — § 2. Codicillorum jus singularē est, ut, quæcumque in his scriberentur, perinde haberentur, ac si in testamento scriptis essent. Ideoquod servo, qui testamenti facti tempore testatoris fuisse, codicillorum tempore alienus, non recte libertas directa datur. Et contra, si, cum testamentum fiebat, alienus esset, codicillorum tempore testatoris, intelligitur alieno servo libertas data. Et ideo licet directe libertates deficiunt, attamen ad fideicommissarias eundem est. — § 3. Furiosus⁸ non intellegitur codicilos facere: quia nec aliud quicquam agere intellegitur, cum per omnia⁹, et in omnibus, absens¹⁰ vel quiescentis loco habeatur. — § 4. Hereditas testamento inutiliter data non potest codicilli quasi hereditas confirmari, se daturum prætor pollicetur, partem in publicum redacturum.

3. Idem, [lib. 59 Digestorum].

Si quis, cum testamentum nullum¹¹ habebat, codicilli fideicommissa hoc modo dedit, quisquis mili heres erit bonorumve possessor, ejus fidei commissio: fideicommissa præstari debent: quia paterfamilias, qui testamento factionem habet, et codicilos faceret, perinde haberet debet, ac si omnes heredes ejus essent, ad quos legitima ejus hereditas vel bonorum possessio pertinuerat esset. — § 1. Sed et si post codicilos factos natus quis esset proximus adgnatus, vel suus heres, fideicommissum præstari debet: intelligitur enim, quæcumque heres scriptis: et ideo non perinde habendus est, ac si rupisset hos codicilos. — § 2. Testamento factu, etiam si codicili in eo confirmati non essent, vires tamē ex eo capient. Denique si ex testamento hereditas adita non fuisse, fideicommissum ex hujusmodi codicilli nullius momenti erit.

4. Idem, [lib. 63 Digestorum].

Eum, qui codicillorum tempore solvendo sit, recte libertatem dare, placuit: quamvis testamenti facti tempore solvendo non fuerit.

5. PAPINIANUS, [lib. 7 Responsorum].

Ante¹² tabulas testamenti codicilli facti non aliter valent, quam si tes- tamento, quod postea factum est, [vel] codicilli confirmantur; aut vo- luntas eorum quæcumque indicio retineantur: sed non servabuntur ea, de quibus aliter defunctus novissime judicavit.

6. MARCIANUS, [lib. 7 Institutionum].

Divi Severus et Antoninus rescripserunt, nihil egisse matrem, quæ cum pure liberos suos heredes instituerit, conditionem emancipationis codicilli adjecti: quia neque¹³ conditionem heredi instituto codicilli

qui testam. facere. — 3. L. 4, in pr. infra de his, que pro non script. — 4. L. 5, C. h. t. — 5. Inmo vide L. 2, § 1, supr. de procur. — 6. L. 124, in fin. infra de reg. jur. — 7. L. 8, in pr. infra de his, que pro non script. — 8. L. 3, supr. h. t. — 9. L. 1, in fin. Inst. h. t. — 10. L. 2 ult. Inst. h. t. — 11. L. 22, in pr. infra de legat. — 12. L. 8, § 2, infra h. t. — 13. L. 4, in pr. infra de his, que pro non script. — 14. L. 3, supr. L. 16, infra § 1, Inst. h. t. — 15. L. 6, § 5, supr. ed. — 16. L. 6, in fin. supr. qui testam. fac. poss. § 5, in fin. Inst. quib. non est permis. facere testam. — 17. L. 1, § 1, supr. de testam. mult. — 18. § 2, Inst. h. t. — 19. Add. L. 77, § 29, infr. de legat. 2; L. 1, § 1, infr. de fideicom. libert. — 20. L. 14, C. de

adjicere, neque substituere directo potest. — § 1. Codicillos et plures¹⁰ quis facere potest: et ipsius manus neque scribi neque signari necesse est — § 2. Licet in confirmatione codicillorum paterfamilias adjecterit, ut¹¹ non alias valere velit, quam sua manu signatos et subscriptos, tamen valent facti ab eo codicilli, licet neque ab eo signati, neque manu ejus scripti fuerint: nam ea, qua postea geruntur, prioribus derogant. — § 3. Codicillos is demum facere potest, qui¹² et testamentum facere potest. — § 4. Si post testamentum factum mortuo¹³ codicilli quis legavit, licet testamento confirmatis: pro non scripto legatum fit.

7. Idem, [lib. 2 Regularum].

Quædam non referuntur ad confirmationem codicillorum: veluti si ante captivitatem quis codicillos confirmaverit, et in captivitate codicillos scribat, nani non valent: idem est si aliquo modo jus testamenti faciendi desierit habere. — § 4. Præterea in illis quæ non juris, sed facti sunt, non est perinde habendum quod codicilli scribatur, atque si ubi confirmatio, scriptum fuisset: veluti si ita in codicillis scriptum erit, vestem, quæ mea est, codicillorum tempus spectandum, non quo confirmantur. Item, Si Titius vivus est; vel si tot annis est, codicilli legavit Seio: tempus codicillorum, non quo tempore fit testamentum, spectandum.

8. PAULUS, [lib. singul. de jure Codicillorum].

Concipientur codicilli quatuor modi: aut enim in futurum confir- mantur, aut in præteritum, aut per fideicommissum testamento factu, aut sine¹⁴ testamento. — § 1. Sed ideo fideicommissari dari possunt ab intestato succedentibus: quoniam creditur paterfamilias sponte sua his relinqueret legitimam hereditatem. — § 2. Codicilli iottiens valent, quotiens quis¹⁵ testamentum quoque facere possit. Non tamen hoc ita intelligimus, ut exigamus, potuisse cum eo tempore, quo scribit eos codicillos, testamentum facere (quid enim, si sufficientem testium facultatem non possumus igitur), quod post obitum heredis codicilli legatum, vel ademptum est, nullius momenti est, quia heres, ad quem sermone conserat, in rebus humanis non est: eaque ademptio et datio num vana efficietur. Hec in eo herede, qui ex asse institutus erit, dato substituto: ita ut ab instituto codicilli confirmarentur. — § 4. Quod si duo instituti sint, substituti datis, unusque eorum testem facere possit: utilia videntur legata, sed circa coheredem erit tractatus, nunquid totum legatum debeat, si quisquis mili heres erit legatum erit, an vero non? quia si substitutus heres, qui partem faciat, licet ipse non debeat, idem etiam potest circa nomina expressa tractari: multoque magis solum coheredem totum¹⁶ debere puto, quia adjunctus sit, qui etiam tunc, cum adjungebatur, in rebus humanis non erat.

14. SCEVOLA, [lib. 8 Questionum].

Quidam referunt (quantum repetto) apud Vivianum Sabini et Cassii et Proculi expositam esse in questione hujusmodi controversiam: an legata, quæ postea in instituto mortem obierunt, codicilli adscripta vel adempta sunt, a substitutis debeantur? id est, an perinde datio et ademptio etiam hoc tempore codicilli facta valeat, ac si testamento facta esset: quod Sabini et Cassium respondentes ait, Proculo dissentiente: ni mirum autem Sabini et Cassius collectio (quam et ipsi reddunt) illa est, quod codicilli pro parte¹⁷ testamenti habentur, observationemque et legem juris inde traditam servent. Ego autem ausim sententiam Proculi verissimam dicere: nullius enim momenti est legatum, quod datum est ei, qui tempore codicillorum in rebus humanis¹⁸ non est, licet testamen- ti fuerit: esse enim debet cui detur. Deinde sic queri, an datum consistat, ut non ante juris ratio quam persona querenda sit: et in proposito igitur, quod post obitum heredis codicilli legatum, vel ademptum est, nullius momenti est, quia heres, ad quem sermone conserat, in rebus humanis non est: eaque ademptio et datio num vana efficietur.

15. AFRICANUS, [lib. 2 Questionum].

Sed cum ex testatoris voluntas fuerit, ut ex universa hereditate legata erogarentur, dicendum scriptis heredibus profutrum dol exceptionem, si amplius quam hereditaria portio petatur.

16. PAULUS, [lib. 21 Questionum].

Ab¹⁹ intestato factis codicilli, relicta etiam postea natus intestati successor debet. Quicumque enim ab intestato successerit, locum habent codicilli, nam unus casus est: nec interest, quis succedit, dum intestato successerit: sed jure militari valent. — § 5. Si ei servus, qui testamento legatum accepatur, libertas codicilli det: utile legatum esse dicimus: quasi ab initio constitutum legatum. — § 6. Si quis certi generis codicilli confirmaverit, puta quos novissimos fecero: non utique statim, quæ codicilli dantur, consistere videbuntur, quamdui alii quoque fieri possint: et ideo, si alii postea fiant, legata in prioribus data non valent.

9. MARCELLUS, [lib. 9 Digestorum].

Aristo negavit valere codicillos ab eo factos, qui paterfamilias, necne esset, ignorasset. Ulpianus notat: nisi¹⁷ veteranus fuit: tunc enim et testamentum facere possit: et ideo, si codicilli confirmaverit, licet enim testamento legatum accepatur, libertas codicilli det: utile legatum esse dicimus: quasi ab initio constitutum legatum. — § 6. Si quis certi generis codicilli confirmaverit, puta quos novissimos fecero: non utique statim, quæ codicilli dantur, consistere videbuntur, quamdui alii quoque fieri possint: et ideo, si alii postea fiant, legata in prioribus data non valent.

10. PAPINIANUS, [lib. 15 Questionum].

Quod per manus traditum est¹⁸. Codicilli hereditatem dari non posse, rationem illam habet: ne per codicillos, qui ex testamento valent, ipsi sum testamentum, quod vires per institutionem heredum accepit, confirmari videretur.

11. Idem, [lib. 19 Questionum].

Qui gravi itero uxorem esse ignorabat, codicilli ad filium scriptis, libertates dedit: nata post mortem patris filia, cum de ea nihil patrem sensisse constitisset, placuit, libertates¹⁹ a solo filio præstari posse: .

12. Idem, [lib. 22 Questionum].

Redemptis a sorore partibus.

13. Idem, [lib. 19 Questionum].

Illiud [enim] sine dubio dici non potest, etiam filiam manumittere co-

testam. facere. — 3. L. 4, in pr. infra de his, que pro non script. — 4. L. 5, C. h. t. — 5. Inmo vide L. 2, § 1, supr. de procur. — 6. L. 124, in fin. infra de reg. jur. — 7. L. 8, in pr. infra de his, que pro non script. — 8. L. 3, supr. h. t. — 9. L. 1, in fin. Inst. h. t. — 10. L. 2 ult. Inst. h. t. — 11. L. 22, in